L'Immagine del Santo è rappresentata in atto di spiegare a i discepoli qualche articolo teologico: perchè coll'indice della dritta chiusa mano segna il pollice della sinistra del tutto aperta. Pensò egli pertanto a svelarne in questa maniera il mistero:

*Cur depicta unum Thomae designat imago?
Nempe unum signat se docuisse Deum.*

Quae sunt depictae mysteriu imaginis; unum

Dum nempe. extenso pollice laeva notat?

*Esse unum Thomam notat haec, Sapientia replet
Quem Divina, datur nec reperire parem.*

Omnia principio ex uno, finem omnia ad unum.

Doctrina haec Thomae, quam notat effigies.

Unum

(XXXVIII)

*Unum designat Thomas : cur ? Scilicet unum
Esse Deum , atque unam denotat esse fidem .*

*Cur unum Thomas designat pollice ? Ab uno ,
Quae docet ipse , Deo se didicisse notat .*

Fece già i cento versi, che avea promesso; e pure proseguì, cominciando da questo gli altri che intralascio:

*Quae promissa tibi , nostra alma Columbula , centum
Carmina jam prompta solvimus ecce fide .*

Gli occhi del Santo nella detta Immaginè sono come di un' estatico, e non vi compariscono bene le pupille: ed egli ne assegnò varie ragioni in molti distici; com'è questo,

*Effinxit Pictor sine lace haec lumina Thomae ;
Nam quæ lucem oculi pingeret Angelici ?*

Si pose poi a scherzare sopra un'errore, o più tosto licenza di quantità, in cui egli cadde; e con molti distici vi trovò il mistero, ad onor del Santo: per lo quale veramente ardendogli in petto un'amor grande, fece colla sua musa straordinarie prodezze. Quindi è, che fecero eco sonora al poetar di POMPEO ben molti: tra quali Lelio, che n'era stato specialmente invitato per una disgrazia, ch'avea patito; cui alluse in un suo epigramma con questo distico, che solo riportasi:

*Quae fuerant linguae tanquam sub nocte silentes ,
Ecce laceffitae lumine sacra canunt .*

E meglio di ogni altro Ottavio, il quale prima se la prese con POMPEO, e dissegli:

Ottavij musam Pompej musa fovere

Suevit ; nunc vero duxit ad interitum :

Nam , quae erat aura levis , facta est validissimus auster ;

Factus & est torrens , qui modo rivus erat .

&c.

E di poi con alquanti versi lodò la man destra del Santo, che sta aperta. Ut

*Ut bene Pompejus Thomae de pollice lusit :
Sed nil de expansa protulit ille manu .
Expansam erudiens palmam bene praestat Aquinas ;
Qui nil obscurum , nil docet implicitum .*

Et.

*Si pressa designatur dialectica palma ,
Haec eadem a Thoma est reddita aperta nimis .*

Et.

*Cum Solem voluit signo monstrare vetustas ,
Est assueta virum pingere centimanum .
Quod Sol doctrinae summus dicatur Aquinas ,
Una satis nobis monstrat aperta manus .*

Avea già POMPEO riscaldato a tutti la mente , el cuore per poetare , de' quali ei s'era fatto scorta e fanale: ma quando udì Curzio Cecenillo (a) recitare un' ode saffica in onor del Santo , la cui fine era ,

*Quisque par est nunc igitur , sedilis
Hunc ut Heroem vocet advocatum ,
Ipsi Et (ut mos est aliis) suetos
Praestet honores .*

s' infiammò POMPEO in modo che sembrò patire entusiasmo , cominciando :

*In Thomae laudem dum sapphica carmina pandit ,
Ecce elegos iterum provocat iste meos .
Ecce novus menti calor incidit , Et nova Thomae
Carmina precipiti vult dare Musa metro .*

Et.

Ne disse tanti : e tante a gli altri , che lo incitavano , diede verseggiando risposte ; che Americo sorpreso da stupore subito scrisse anch'egli quattro distici in lode di tutti , de' quali riporto un solo .

*Felices animae , quibus ire per ardua Pindi ,
Et juga Parnassi Calliopea dedit .*

Et.

Ma

(a) Nome accademico di già detto Michele Minerva .

Ma vedendo che POMPEO, come fuor di se, poetava di continuo sopra ciò, che accadeva, fece subito in onor di lui questo esaltico:

*Vidistis quanto descendat saepe tumultus
Contracto diri fidminis ira polo?
Vidistis rapido volventem flumine lymphas
Saxosis magnum vallibus Eridanum?
Majus at, alme; tuo, Pompei, volvitur ore
Flumen, majorique impete dicta ruunt.*

Ma non se la tenne POMPEO; imperciocchè come fuor di se rivolto a tutti disse:

*Audistis Phoebum laudantem carmine? Talis
Ille, est ut laudans nunc Americus, erat.*

E proseguì con una vena troppo maravigliosa sin'a tanto, che si fece notte.

DOVEA POMPEO andare a Vinegia a predicare: e i Porticesi tutti, chi in prosa, chi in versi gli augurarono felice viaggio, e sollecito ritorno, del quale Lelio dubitava. Rispose egli,

*Ille urbs, quae lymphas, Laeli, jacet inter amaras,
Ne dubites, dulces non retinebit aquas.*

Ma Corrado Tutavilla, cioè Niccolò Lombardi celebre per la varia letteratura, e per lo poema in lingua patria dato alle stampe, che ora è Giudice della G. C. della Vicaria, e Capo di ruota nella Regia Udienza di Trani, lo assicurò meglio sul motivo, che stava per darsi a POMPEO, come non guarì dopo se gli diede, la cattedra nella Regia Università di Napoli;

*Ne dubites, Laeli: quod ni velit ipse reverti,
Illum ad nos subito restituet cathedra.*

Raimo Guevera, ch'è l'Avvocato Domenico Raffaele, l'onorò con sette distici.

Ille

(XLVII)

*Illa Quirinalis ter & urbs quater aemula Romae,
Adriaco ponit quae sua jura mari;
Pompei, nostrae te subtrahit ecce Columbae;
Ipsius & fortis te Leo fert humeris.
Tempore pro modico datur hoc tibi, scito; & in orbem
Ut culpas abigas, vere Aqua viva Dei.
Nectare namque frai, quo nos depascit abunde
Velox musa tui, sola Columba cupit.
Ergo te nostris redde, o, te protinus oris;
Excruciet socios nec mora longa tuos.
Haud etenim nimium Leo fulvus, & alba Columba,
Quae te prosequitur, stare simul poterant.
Majestate Leo hic, sceptro, vi pollet, & auro:
Nostra Columba tamen simplicitate nitet.*

Gli rendè POMPEO le debite grazie, e lo consolò con questi distici fatti all'istante:

*En tuus Adriacam properat Pompejus ad urbem:
Ducve, reduceve alis, alma Columba, tuis.
Ne dubites: Venetus Leo non retinebit: adunco
Nam fluidas Leo aquas ungue tenere nequit.*

Compiè il Sindaco Ottavio l'affettuosissimo ufizio de' Porticesi con questo epigramma:

*Annus agit, quo hinc discessit Pompeius, alter,
Hinc procul acturus tempora longa morae.
Verum spe citius nostrae se reddidit urbi;
Nec fuit absentem passa Columba diu.
Sic modo in Adriacam postquam pervenerit urbem,
Illi erit una ad nos cura redire brevi.
Quod fiet mage; namque suo illa urbs nomine nostram
Assiduo est ipsum communitura, Veni.*

VEnne per esser'ammesso nel Portico Gioseffo Aurelio di Gennaro Avvocato Napoletano, rinomatissimo per le opere legali, e per le latine poesie, indi Giudice

(XLVIII)

dice della Gran Corte, e Segretario della Real Camera; e palesata la sua intenzione con questo tetrastico, ebbe il nome di Olimpio Campeggio:

*Quod dicam, hoc unum est. Me admittite. Si nihil addo,
Culpa est ingenii. Non dabitis veniam?*

*Noscere si vultis, qui sit qui admittier optat;
Ille est, qui a vobis, ut sit amatus, amat.*

Rispose POMPEO:

*Ut sit amatus amat nos carus Olympius: ergo
Illam semper ama, nostra Columba, ut amet.*

Dissero altri eziandio varj distici su ciò, ed allora Olimpio:

*Disere si volui hoc unum, Me admittite; nulli
Sit miram, si ad tot carmina conriceam.*

Or occorre, che venendo egli la seconda volta nel Portico, si lagnava dolcemente dell'altezza della scala, per la quale ancora ansava. Subito POMPEO ne fece le maraviglie.

*Quod gravis ascensus fuerit tibi, Olympie, mirum;
Qui tam sublimis nomina montis habes.*

Quindi rivolto alla Colomba, disse:

*Adveniat lassus ne nosster Olympius ultra,
Porta illum pennis, cara Columba, tuis.*

Rispose Olimpio:

*Adveniam lassus. Labor est gratissimus, ille
Impensus quoties, cara Columba, tibi est.*

Voleva taluno che si rilegessero un giorno gli antichi componimenti fatti da POMPEO per S. Tommaso; ma Olimpio ripugnò, dicendo:

*Non opus est nunc illa legi, quae fecerat olim
Pompejus,*

Lo interruppe qui POMPEO, compiendo egli il pentametro,

Nam tu nobiliora dabis.

Ma

(XLIX)

Ma Olimpio ripigliò con altro distico ,
*Nobiliora dabo , mihi si Pompejus amica
Ac prompta musa forte favere velit .*
Ribattè POMPEO da se la lode con questo ,
*Scandere si possit summum Pompejus Olympum ,
Tunc poterit votis forte favere tuis .*

Intanto Achille Papirio , ch'è il Giureconsulto Gioseffo Antonio Venettozzi , intesa la Prelezione fatta da POMPEO per la cattedra di Scoto , gliel'augurò con questi versi :

*Clare Ligur , cui te possim conferre ? Pararas ?
Ipsa etiam , quamvis aspera , eorda moxas .
Si doceas , solem propulsa nocte reducis :
Per te , quae saevas mens tenebroso , nitet .
Si colis hunc nostrum , recreas , Aquaviva , recessum
Aut sileas , Phoebus aut te rapiente canas .
Uxum restabat , claro te nempe Lycaeo
Caelica sub magno dogmata ferre Viro .
Auguror hoc : meruisti etenim . Quod deprecor , animum est ,
Vive diu ; & felix atria nostro cole .*

Ripugnò POMPEO all'onore , che se gli faceva , di ricevere come Procuradore di Filippo Moles (Patri- zio Napolitano , dotato di più Signorie , Grande di Spagna , e poi Predicator Cappuccino) la divisa del Portico ; che per inopinato impedimento non potè colui in persona venir'a prendere , come desiderava : ed Olimpio volle scherzando difendere la sua scusa .

*Non habitus , non barba tibi est , Aquaviva ; negatur
A te nunc merito sustinuisse vices .*

Cedè finalmente POMPEO , e portò le veci dell'assente ; cui fu adattato il nome di Marcello Domnibono . Allora POMPEO rispose , drizzando il parlare all'aggregato :

(L)

*Non habitus, non barba mihi, Marcellè; referre
Te ergo qui potero, nobilitate, animo?
Nobilitas mihi nulla, animi laus nulla; referre
Sola ergo potero cordis amantis ope.*

Olimpio si avventò contro all'umile sentimento di POMPEO,

*Cordis amantis opes referes; Et posse referre
Quis neget ambobus, nobilitate, animo?*

Rispose POMPEO, che sempre tennesi a vile:
*Nobilitate, animo, Marcellum posse referre
Me, veri custos nostra Columba negat.*

Olimpio replicò:

*Nostra Columba negat nunquam verissima; veri
Haec quoties custos mordicus esse velit.*

POMPEO si fermò costante nel basso concetto di se stesso, dicendo:

*Mordicus esse velit quoties fidiſſima veri
Custos nostra Ates, fas mea dicta probet.*

Compose il diffidio Ottavio ingegnosamente:
*Nobilitate, animo, ni vis, Aquaviva, referre
Marcellum; referes nobilitate animi.*

Ma POMPEO rinvoltò nella contesa anche Ottavio, che per la sua gravità era chiamato, Nonno:

*Nobilitati animi gravitas sit juncta senilis:
Tu ergo Marcellum nobilius referes.*

Mentre pigliavan fiato questi eruditi Pugnatori, prese a render Corrado co' seguenti endecasillabi le laudi, che nella precedente adunanza gli avean date Ottavio, ed Olimpio: e furon' all'ultimo cagione di trameſtarvi POMPEO:

*O Cravi, pater elegantiarum,
Amor Pieridum decusque, Olympi,
Quid me carminibus nihil merentem*

Ad

*Ad caelum exebitis? Labra ipse nunquam
Admovi latici; superbiorem
Quem vos redditis usquequaque, plusquam
Reddunt ipsae Heliconiae Puellae;
Sed tantum sitiens, anhelus, ordens,
Vix summis labiis, aquas lutasas
Libavi trepidus tenebricoso*

*Quodam in gurgite, qui hinc & inde sepit
Paludes patrias, ubi vicissim
Ranae putidulae modo coaxant.
Ergo laudibus abstinete tantis,
O dulces animae, mei sodales,
Ostavi, Pater elegantiarum,
Amor Pieridum decusque, Olympi.*

Subito Olimpio battè due ferri a un caldo, perchè toccò anche POMPEO:

*Cur nobis grates reddis Conrade? Reserva
Hast Pompejo; nam melius facies.*

Iste tibi laudes vena meliore forebit,

Atque tuum merito nomen ad astra feret.

Saverio Celentano Avvocato de' primarij di Foggia, che poi fu ammesso col nome di Valerio Casamatta (collo qual nome volle dinorarsi l'essere rimasto salvo fra le ruine della sua Patria nel terremoto del 1732.) fu spettatore delle riferite due contese, e vi si provò anch'egli colla sua musa.

Audimus quatuor certantes carmine Vates:

Audimus quatuor nobilitate pares.

Olimpio per la sua modestia si volca torre da tal novero, e disse,

Excipe me; reliquis certe est verissima masa:

Nam reliqui certe nobilitate pares.

POMPEO stimò meglio a' quattro aggiugnere il quinto, ch'era il Celentano stesso, dicendo

Au-

*Audistis quatuor. Numero Deus impare gaudet .
Quintus ut addatur , scribite Xaverium .*

Ripighiello il Celentano :

*Si me carminibus, Pompei, facis esse poetam ;
Ut talis videar, da precor ingenium .*

Geroglifico del Sindacato di Corrado fu l'Elitropio, il quale fu esposto in mezzo all' assemblea . Vide POMPEO quel fiore rivolto al contrario dell'immagine di S. Tommaso, e disse a Lelio Minuzio .

*Solis amans flos hic est nonne Minutale ? Verte ,
Verte igitur florem Solis ad effigiem .*

Gli contraddisse Olimpio ingegnolamente ,

*Solis ad effigiem non vult se vertere flos hic :
Nam flos a tanto Sole perustus erit .*

Perseverò POMPEO nel suo desiderio, ad onta di tal ragione, e disse :

*A Sole uretur flos hic ? Uratur . Auri
A Sole hoc sors & gloria floris erit .*

E poichè sopravvenne un componimento bernesco in loda di un gran Naso, ch'ivi era, vi scherzò POMPEO così:

*Dj bene, quod nullum flos ille expiret odorem :
Hic totum nasus natus secus olfaceret .*

Data fu a POMPEO una delle cattedre teologiche nella Regia Università: ed Andrea Maria di Fraja Patrizio di Pozzuoli, nel Portico appellato Trojano Guindaggio, se ne congratulò così:

*Mercedem laudum Pompejo reddere Thomas
Coepit, & ad Cathedram pertrahet usque suam .*

Ed Ottavio eziandio,

*Ut bene nos regeres, faceresque, Aquaviva, bestos,
Ornavit pectus pulchra Columba tuum .*

Ut

*Ut bene nos doceas roscenda in Numine summo ,
Auribus advolites Sancta Columba tuis .*

DOpo di aver predicato un giorno della Novena del S. Natale POMPEO, così, com'era, bagnato di sudore, venne nel Portico: ove richiesto della sua predica, la epilò ad un tratto in questo elastico:

*Ut cor venturo Regi se praeparet, ipsum
Spes viva hinc ornet, castus & inde timor .
Haec ego vox sacris e rostris : Haec quoque vobis,
O socii, in comto carmine nunc repeto .
Spes hinc, inde timor nos ad praesepia ducant ;
Has alas solum nostra Columba habeat .*

UDì una volta POMPEO insieme con Lelio, ed altri Porticesi predicare della santissima Eucaristia, esposta sopra una machina rappresentante la visione di Gedeone, Orazio Pinelio; cioè Gioseppe Coppola Filippino, egualmente savio oratore, che ingegnoso Poeta, assunto ora alla Sede Vestovile dell'Aquila; e subito la ripeté ne seguenti distici:

*De caelo missum gladium, Dux, accipe (dixit
Vates) his armis castra inimica ruent .
De caelo missum Panem accipe, Coppola dixit,
Hic tibi vincendis hostibus ensis erit .
Panis namque hujus gladius fuit ille figura ;
Sic divitatem unum Panis & ensis habet .*

SOgnato avea POMPEO una notte essere in pericolo di morte, ed invocare in suo ajuto la Gran Signora, e S. Tommaso: e come il giorno precedente avea in un una elegia meditata la morte; così nel seguente in un carmen disse il sogno, e la sera venne nel Portico a recitar ambedue. E poichè dodici anni dopo, nel medesimo mese,

meſe, e tra l'ottavario del Santo, provò ciò, che avea meditato; importuno non ſembri, che l'una, e l'altro interamente io quì traſcriva.

ET morimur miſeri! Lex eſt immota, nec ulli
 Eripuiſſe datur mortis ab enſe caput.
 Semper in inſidiis. Hunc lenta torrida febrī:
 Hunc jaculo, ſtrepitum non faciente, rapit.
 Illum exorantem nequicquam, & dona votentem
 Non exoranda cuspide Parca metit.
 Hic ſibi neſtoreum dum ſpondet inaniter ævum,
 Se ratus innumeros vivere poſſe dies,
 Cogitur, exciſo properatae ſtumine vitæ,
 Non expectatae ſuccubuiſſe neci.
 Ille trahit multo dum vitæ tempora luxu,
 Saucius immiti mortis ab enſe cadit.
 Nec locus inſidtis vacat ullus. In ardua ſcande
 Turris inacceſſæ culmina: tutus eris?
 I, pete ſublimis prærupta cacumina montis:
 Non montes tardas oppoſuere moras.
 I, pete inſpectos aditus, latebraſque ferarum;
 Quælibet alatae eſt nota latebra neci.
 Erige marmoreis laquearia ſulta columnis;
 Mors rapiet valida te tamen inde manu.
 Te chypeatae acies, te vallent agmina: mortis
 Falce ſub indomita quælibet arma cadunt.
 Ne demens validæ, juvenis, ne crede juventæ;
 Neu nimium fidas viribus ipſe tuis.
 Illa etenim vires, validam domat illa juventam,
 Atque una juvenes falce, ſeneſque metit.
 Nulli implacatae vis vincitur effera mortis:
 Quiſque ſuum ex illa, credite, vulnus habet.
 Hoc paſſim tacita conclamant omnia voce;
 Quicquid terra, aer, quidquid & æquor habet.
 Omnia

Omnia ad interitum currunt , dum concita gressu
 Praecipiti , instantis symbola mortis habent .
 Ingredere herbosis viridaria laeta viretis ,
 Flora ubi odoratas prodiga sparsit opes .
 Et necis effigies occurrit : Flos modo natus
 Se clamat sicco pallidus ore mori .
 Aspicias annosis frondosa cacumina plantis
 Consita : & heic mortis cernitur effigies .
 Quaelibet , aut numero annorum consumpta , procellis
 Aut fracta , aut pluviis planta peresa ruit .
 Aspicias ut , laetos dum ridet arista per agros ,
 Falce sub incurva protinus ista cadit ?
 Unda , viden ? riguo per prata virentia rivo
 Quae fluit , & donis irrigat arva suis ;
 Aut tandem vasto terrae absorbetur hiatu ,
 Aut periens liquidas in mare condit opes .
 Ipse etiam eois vix currum adduxit ab undis
 Phoebus , in occiduas praecipitatur aquas .
 Quid magis est vehemens flamma ? tamen illa , vel undis
 Extincta , aut , esca deficiente , perit .
 Denique quo spectas , quoquo vestigia vertas ,
 Praecipitis referunt symbola quaeque necis .
 Ergo quid infelix , perituraque turba , paramus ,
 Quae cito surripiat commoda parva , neci ?
 Quid struimus vano sublimia recta labore
 Insani ; Domino quae pereunte , cadunt ?
 Anne ut marmorea pretiosius illa ruina
 Incautos dominos praecipitata premant ?
 Forsitan haec natis obventura omnia credis ?
 Extructasque nepos forsitan habebit opes ?
 Unde tamen tibi certa fides ? Mors saepe repente
 Irruit , atque heres possidet alter opes .
 Fuc tamen obveniant ; quid prodest , vile daturus
 Si pretium natis , igne cremandus eris ?

*Dogmata, quisquis ades, qui non bene percipis ista,
Vel tibi meus nulla est, vel tibi nulla fides.*

*Tu, Deus, aeterna qui mortem lege coerces,
Caelesti nostros lumine sparge animos.*

Excussuque atra mentis caligine, solum

Quae laedit corpus, mors juvet ipsa animum.

Cautius ut vitam ducentes morte magistra,

Ipsa discamus morte docente mori.

Ecco ora il sogno, che fece POMPEO, dopo composta questa meditazione della morte tra quattr'ore.

NOx erat, atque elegis de mortis lege canendis
 Jam prope bis geminam mea musa exegerat horam:
 Jamque absolveram opus; surgensque e sede, secundis
 Lustrandum curis ventura luce relinquo;
 Inque levi sterno languentia membra cubili.
 Nec moxa; sopitos exercent somnia sensus;
 Somnia materia subito efformata recenti.
 In duro videor moriens decumbere lecto,
 Jamque piaae supplex Matris deposcere promptam
 Rebus opem fessis, junctasque ad sidera palmas
 Extollens, ferre his languenti voce querelas.
 Jam morior: cognosce tuum, pia Virgo, clientem,
 Virgo, inter cunctas servas quae sola pudorem
 Virgineum matres; Nati quae filia, Patris
 Quae mater, cognosce tuum, cognosce clientem;
 Et faciles ad vota aures converte scanentem
 Quem saepe audisti, ne dedignare precantem.
 Lucta mihi est ingens: Hinc me mea pondera vitae,
 Factaque iniqua premunt; illinc malesana cupido
 Aurique, argentique; hinc caeca superbia, saevum
 Inde odium; scelerum demum turba horrida circum
 Ante oculos distincta patet, poenamque repascit.
 Hinc stygius praedo erumpens, extremaque futa
 In-

(LVII)

*Intentans , omnem me desperare salutem
Suadet , & aeternos jam jamque exturbat in ignes.
Callidas imminuit pietatem Numinis , iramque
Amplificat , scelero ostentans , atque impia facta.
Heu me ! terribill quae profert murmure verba !
Vixisti , caput infandum : Mors denique clamat ,
Praecipitem inferni detrudet in ima profundi
Aeterno damnatum igni . Sperabis inique ?
Ipse ego caelesti quondam de sede repulsus
Turpi senta situ loca , luce carentia regna
Incolo , perpetuis damnatus in ignibus , uno ,
Uno inquam scelere ; & tu , perfide , Caelica Regna
Ambis , quam scelerum moles premit ampla : quid ultra ,
Quid moror , infernas quin praecipiteris in umbras ?
Nequicquam speras : non est spes ulla salutis .*

*Sic ait horribilis quatiens immania frontis
Cornua , atraeque vomens nigro de pectore flammam .
Me miserum ? Nisi tu , Mater Divina , precanti
Succurras , quis possit opem mihi ferre ? quis hostem
Comprimet ? Heu miseri , precor , audi vota clientis :
Eripe me his , pia Virgo , malis , hostemque potenti ,
Ne noceat , Mater , detrude in tartara , dextra .
Ast ubi sum ? Valvis ecce , ob , bipatentibus ultero
Empireae sedes , fulgensque aperitur Olympus .
En caelum descendit ; adest bona Virgo , Clientem
E caelis miserata suum . Sed quis tamen ille
Virgineo lateri qui pone affixus inhaeret ,
Exornat dulci cui gratia Majestate
Tanta supercilium , cujusque o pectore imago
Effulgens Solis nocturnas dissipat umbras ?
Ah ! novi , Thomas ille est ; quem in vota votabam
Persaepe aerumnis pressus ; cui carmina laudum
Saepe tuli ; vultum , majestatemque serenam
Agnosco : Thomas ipse est , commotus amaro*

(LVIII)

*Qui luctu duris venit succurrere rebus .
O nostris ades , o Thoma optatissime votis ,
O ades ! heu ! viden ? heu miserum succurre potentem
Heu viden hoste ? ... heu me ... in tanto , heu , defende periclo .
Dicebam : Dulci visa est tunc Parthenis ore
Ingentes fati instantis lenire dolores ,
Et Thomae his curam languentis tradere verbis .
Thoma , inquit , nostri , cujus sapientia Nati
Laudata est verbis , tuus hic , quem saepe Poeta
Tollebat merita vivens ad sidera laude ,
Sincerae , fidae , ac largae , qua casta Columbae
Porticus exurgens , his denis fulca columnis ,
Innocui gaudere docet , jam reddito amanti ,
Dive , vices vati , atque extremo in agone juvare ;
Auxilioque juvare tuo sit cura precantem .
His dictis extemplo evanida cessit in auras :
Quo fugis ob Mater ? Thomas , ob detine at heu me !
O ubi nunc Thomas ? etiam ipse evanuit , eheu !
Sic me , me miserum Thomas , sic Virgo relinquis ?
Vos ego ... me ... Somnus dicentem , & somnia linqunt ;
Evocat ad primam pulsans dum janitor horum .*

FU eletto Sindaco del Portico Gianfilippo Lancellotti di Firenze , valente Predicator Cappuccino , e graziosissimo Poeta , che tra noi ebbe il nome di Gherardo di Sagro : e tutti fecero a gara per onorarlo con varie ingegnose poesie : dopo de' quali POMPEO , che venne tardi , lo salutò con questo distico :

*Nostra Columba avida totum jam nunc bibit Arnum :
Vivida Pompei nunc aqua vilis erit .*

Gherardo pensò a far con un colpo due prede , scegliendo lui perchè lodasse i suoi lodatori : e com'era quanto lepido , altretanto ingegnoso , e spedito , subito mise fuori un sonetto , di cui trascriverò il principio , e la fine , che fanno per POMPEO . Pom-

Pompeo , tuoi carmi ascolto : e i carmi tuoi
Per lo sublime e pronto stil mi fanno
Dubitar se tra quei , che molto fanno ,
V'è chi ti agguagli . Eh ! che non v'è tra noi
e c.

Taccio : ma pria (e'l vuol giustizia , e amore)
Protesto , che al tuo raro e vasto ingegno
Può sol porsi in paraggio il tuo bel core .

POMPEO si fece addietro , e sostituì all'incarico un
ben noto Poeta , ed Orator'illustre , ivi presente , cioè
Gherardo de Angelis de' Minimi, nel Portico chiamato
Dragone Olopesce, e disse :

*Nulla mihi Heroas laudandi ars: Musa Gherardi
Laudet . Magnam artem materia ipsa dabit .*

Indi servendosi di ciò , ch'avea detto con grazia il
Sindaco , esser lui Gherardo finto , mentre vi era il Ghe-
rardo vero , aggiunse :

*Gherardum verum , Et fictum tenet alma Columba:
Pegasei est verus cultor uterque jugi .*

E perchè il Sindaco ripugnava di fare scriivere varj
suoi componimenti berneschi , ma sensati , e spiritosi ,
che avea recitato ; ve lo indusse POMPEO con questo di-
stico ;

*Quae lepide dicis scribantur , Sindice ; dulci
Utile misceri nostra Columba jubet .*

Allora Trogisio Ritosa (ch'è appunto quello , ch'ora
è Avvocato concistoriale , e Camerier segreto di Sua
Santità , Filippo Maria Pirelli ; e in cui sin d'allora si am-
mirò gran talento , molto sapere , e giusto criterio delle
cose) s' invogliò d' incitare DRAGONE a prendersela con
Gherardo , e con POMPEO , con questi distici , fatti nel
punto di dirgli .

Ora-

*Orator cum sis, cum sis simul ipse Poeta,
 O animae, & consors tu mihi, Drugo, lyrae.
 Temodo quis prohibet, quum Gens Aquavidia magnum
 Pompejum, & quem Sangria condecorat,
 Posse umbos canere oratores, atque Poetas,
 Orator cum sis, atque Poeta simul.
 Sic bene pro merito pretium hi tibi dulce rependant
 Vati, Oratori, carmina digna suo.*

A Scese la prima volta su la sindacaria sede Olimpico Campeggio, di sopra mentovato, e per onor suo gli fu ornato il luogo di verdi palme, mandate apposta da Trojano Guindagio (il cui sindacato fu intitolato, *honor triumphans*; perchè appunto un trionfo gli fu celebrato, quando guarito da mortal' infermirà venne a profeguire il suo governo). Or POMPEO, abbenchè oppresso da febbre, e dolor di testa, niell'atto di licenziarsi tutto comprese in questo tetraffico :

*Dum primam sedem conscendis, Olympe, triumphum
 Festivo exultans ore Columba canit.
 Munere Trojani ornantur dum haec atria palma,
 Laeta triumphantem palma coronat Avern.*

A Vea fatto un favio, e soave ragionamento il già memorato Orazio Pinelio, e fu tantosto lodato da POMPEO con questo tetraffico, in cui lo dichiara degno figlio di S. Filippo.

*Miscuit utilibus Philippus dulcia, Horati;
 Nostra etiam utilibus dulcia miscet Avis.
 Almo quid ni igitur foveas in pectore Patrem,
 Quem utilis ingenio dulcis & ore refers?*

N El sindacato di Olimpico si fecero a dimandare l'ammissione due ragguardevoli Personaggi, amendue chia-

chiarissimi predicatori , uno de' quali avea il cognome Vittorino : e perchè presedeva in quel giorno il Pro-sindaco Curzio , il medesimo gli ammise ; e se ne senti tanto onorato , che improvvisamente fece questo te-
traffico :

Quam vera experior cujusdam dicta poetae :

Stultis saepe favet fors inimica viris .

Sub me nunc etenim , quavis virtute carente ,

Nostra duo en Urbis lumina jura petunt .

Ma POMPEO considerò varie congruenze in tale giornata , che fu il dì 17. di luglio 1732. , accadute : Imperciocchè in essa si celebra la festa di S. Alessio , che per 17. anni andò pellegrinando , per altri 17. visse ignoto nella casa paterna , e nel giorno de' 17. di luglio andò alla Gloria. Nel giorno de' 17. di ottobre 1718. fu ideato , o sia fondato il Portico : Nel giorno de' 17. di luglio 1725. egli fu formalmente eretto : Si era mostrato il ricatto di Trojano , il quale era il Cavaliere diciassettesimo della Stadera in ordine di tempo : e finalmente , contandosi le lettere , che formavano il nome e' l cognome del Vittorino , si trovarono essere diciassette . Tutte queste cose con prontissima vivacità considerando POMPEO , felicemente proruppe in questi ammirabili distici .

Septima post decimam lux nobis fausta recurrit ,

Dans tibi natalem , nostra Columba , diem .

Septima post decimam messis conspexit , Alexi ,

Errantem , & patria te procul Urbe vagum .

Septima post decimam conspexit te quoque messis

Ignotum patrios incoluisse Lares .

Septima post decimam conspexit te quoque lux haec

Exilio fines imposuisse tuo .

Tu , Trojana , etiam , nostri non parva sedilis

Gloria , post decimum es septimus e sociis .

Septi-

*Septima post decimam tibi dat quoque littera nomen,
Victorine, Erebi victor, Et Orbis Amor.*

Ad sunt post decimum Socii nunc heic quoque septem:

In dir questo verso stava per entrare un' altro; cui fu impedito da tutti l'ingresso, finchè non finisse POMPEO il distico; giacchè facendosi il numero di diciotto colla venuta di colui, restava vana la riflessione di POMPEO. Profegù dunque,

Oh faustum nostris auspiciis numerum!

*Oh faustum numerum! sed quam lux faustior isthaec,
Quae tibi dat tantos, alma Columba, viros!*

Nella fine dell'anno si licenziò POMPEO per andar'a predicare la quaresima in Genova: e lo accommiatò Ottavio con alquanti distici, implorandogli la protezione di S. Tommaso, le cui laudi dovesse nel ritorno con più fervore ripigliare: e POMPEO gli disse:

*Quae caput attrivit serpentis Virgo, abeuntem
Pompejum, Octavi, ut protegat, ipse roga.*

Rispose Ottavio:

*Thomae praesidium tibi mox, Aquaviva, rogavi:
Ut vis, praesidium nunc rogo Virgineum.*

Ma prima di partire ebbe il piacere di onorare nella sede sindacaria Marcello, alludendo al suo cognome, MOLES, ed a' terremoti, che in que' tempi si erano con orrore sentiti.

Motus non metuit similes nanc nostra Columba;

Nam stabiles MOLES nos tenet ista satis.

Ed in vedendogli appesa al petto la divisa d'argento, soggiunse:

*Hanc super evalitat dum nostra Columba MOLEM,
Sic nitet, ut nunquam fulserit illa magis.*

Ri-

(LXIII)

Ritrovandosi POMPEO insieme con Lelio a vedere una macchina, rappresentante la cura tenuta dal Samaritano del povero viandante semivivo, come figura di N. S. Sagramentato, ch'ivi si venerava; lo pregò Lelio a spiegare in versi quel mistero: ed egli subito nella medesima Chiesa senza niuno intoppo ne fece così l'applicazione.

*Vulneribus jacet en confossus mille Viator;
Curam unus miseri Samaritanus habet.
Ille Viator ego, cui vulnera mille: mederis
Tu, Christe; estque tuus sola medela cibus.
Iste cibus mihi Lux, Vis, Ardor. Lux bene scire,
Vis bene posse, Ardor mi bene velle dabit.*

ERa cominciato l'anno ottavo della solenne erezione del sempre dimestico Portico della Statara, quando eletto fu in Sindaco Ottino Acciajoli, che un anno prima intervenendovi la prima volta, meritò che POMPEO nel testè riportato epigramma ne divisasse il nome suo proprio tra i misteri, ch'ei trovò nel numero di diciassette, in quella giornata, in cui compivasi il diciassettesimo anno da che furono, per dir così, gittate le fondamenta di quel metaforico edificio, che fu poi Portico dinominato. Su ciò riflettendo Ambrogio Attrattino (cioè il Conte Cesare Coppola Patrizio di Scala, allora giovinetto ben'erudito nella Giurisprudenza, nelle più culte lettere umane, ed in varie lingue; ora savio, e da tutti commendato Presidente della Regia Camera) al pari di POMPEO opportunamente egli ancora scherzò su l'nome d'Ottino, e su gli anni, che'l Portico contava; e dissegli nell'invitarlo a pigliar possesso della prima sede:

*Septimus (o faveant Superi!) jam clauditar annus,
Ex quo principium Porticus haec habuit.*

h

Jamque

Jamque aperit Sol octavum laetissimus annum;
Teque ducem primum conspicit ipsa suum.
AETas in nobis prima est septennis: ab illa
Paulatim augetur corpus, & ingenium.
Ergo sit auspiciis, octavus dum incipit annus,
Corpore, & ingenio Porticus aucta tuis.
Id tantum moneò, nostro pro munere: posthac
Non tibi, sed Sociis vivere posse datur.

AD onta del grave rincrescimento che provo , tra-
 lascio molti componimenti , abbenchè sieno di
 POMPEO , o di lui parlino : e benefa ; non dovendo trop-
 po abusarmi della licenza , che mi son preso . Ma que'
 che ne' due susseguenti periodi produco , gli ho a ragion
 veduta dal mucchio de' negletti voluto ritrarre ; perchè
 l' indole , e 'l genio del Portico compiutamente vanno
 a divisare . Indirizzò Lelio a S. Filippo Neri questo epi-
 gramma :

Conspice , Magne Senex , nostrosque hos dirige ludos;
Spiritus hinc pacis , laetitiaequae fluat .
Praeside te , NERI , vult casta Columba joculari ;
Ut studiis , THOMA praeside , pura vacat .
Porticus hinc maneat validis suffulta columnis ;
Mens abi , corque vigent lumine , delitiis .

Ed ecco POMPEO in un *Carmen* a dar piena contezza
 dell' indole di coloro , che nel Portico della Stadera
 son' ascritti ; e tra' molti scrisse questi versi , che , per-
 chè contengono il carattere specialissimo di questa Adu-
 nanza , uopo è che gli trascriva :

Hoc animo fixum teneas , in sede Columbae
Nullam censuris , nullum mordacibus unquam
Esse locum dictis , nullis magnae Alitis aulam
Incoli Aristarchis , quales aliena frequentant ,
Invitis Musis , hac tempestate Lycea ,

Plus

Plus nimio certe nasuti, ad singula nares
 Quos ita concipias corrugare, & stomachantis
 In morem arrigare, ut libras haurire sinapis.
 Singula credideris fere per momenta trecentas.
 Est nostrae nimium Gens haec invisâ Columbæ;
 Cui sine felle animi placuere; & candida cordis
 Simplicitas, sincera fides, & nescia iniquae
 Fraudis amicitia, & molestuadae, si qua sit, expers
 Invidiae mens: atque ideo corda aurea rostro
 Stringit, & argenteis effulget candida pennis;
 Ut doceat cunctos corda aurea habere sodales,
 Simplicis & gestare animos candoris amantes.
 Hic ubi signatis vos alma Columba diebus
 Congregat, & certis obstrictos legibus horas
 Detinet ad paucas, non stricto academiæ lege
 Floret; quae longo conscripta labore, per annos
 Et multos laevi polienda poemata lima
 Submittat rigidis censoribus. Unicus heic nos
 Gaudendi recte, miscendique utile dulci,
 Juraque honestatis servandi detinet ardor.
 Si quae forte suo quisquam mediocritia, si quae
 Optima, quaedam etiam si forsitan neq. bona promat
 De ingenio; semper data libera cuique potestas
 Dicendi, & sociis mens unica plaudere, si quid
 Sit plausu dignum; vel saltem audire lubenti,
 Qui recreet dicentem, animo, vultuque, serena
 Gratia quem formae sic contegat, ut recitanti
 Augeat ad meliora animos tentanda; nec ulla
 Frigiditatis obductus nebula de Porticu amaro
 Quisquam animo abscedat, postquam monumenta laboris
 Ingeniique sui, sint qualiacumque, lubenti
 Et sincero animo, non filii in pignus amoris,
 Prodigus & vobis, Socii, & Volucris obtulit almae.
 &c.

Lo volle poco dopo da suo pari Cesare, cioè il suddetto Alessandro Forges, immitare nell'occasione di dovere dell'indole dell'istituto nostro informare un novello candidato, ch'era Modesto Romano. Ed in tanto mi prendo la libertà di trascriver due distici da lui fatti all'improvviso, quantunque niente si attengano a POMPEO: perchè nel punto che sto scrivendo, mi si avvisa la morte del degno Sacerdote, uom di profonda letteratura fornito; il quale costantemente visse modesto, umile, divoto, benigno, e co' poveri liberale, tra incessanti letterarie fatiche fino alla pia ed universalmente lodata sua morte, avvenuta in Roma nel dì 9. di settembre di quest'anno 1746. Disse adunque Cesare in nome della Porticese Colomba:

*Candida sum Volucris: sordes maculasque perosa,
Simplex, atque omni cor mihi felle carens.
Sic Pullos cupio: cui mores, ingeniumque
Est aliud, Matrem diligit ille parum.*

Gli rispose su l'orme stesse Modesto Romano, che voleva esser'aggregato:

*Candida dum Volucris; quoque candida pectora gestem:
Dum simplex; cupiens simplicitatis ero.
Dum Pullos, qui felle carent, amat; ipse carebo:
Hancque mihi cara pro Genitrice legam.*

Ammesso che fu col nome di Oderisio Jamvilla; perchè si volle alludere, che nella Villa, ove il suo zio invitò nel 1725. Lelio, e sei altri, si diede principio al Portico. Subito Cesare:

*Noster Oderisius fuit olim villa; sed hic nunc
E mentr' ei stava per pronunziare il pentametro, lo fece Ottavio*

Nostrae hujus Volucris nidus amaenus erit.

Erano

(LXVII)

E Rano stati come Porticesi insigniti tre soggetti, ch' aveano i cognomi Vespoli, Ferro, ed Uliva: pronto al suo solito POMPEO.

*Vespula pungit, Oliva fovet, Ferrumque resistit
Ictibus: haec tria nunc, Syndice, quid facient?
Ferrum, & Oliva suos teneant nunc, Syndice, mores:
Deponat telum Vespula sola suum.*

E tosto si pose a cantare su 'l gravicembalo un'aria fatta in onor di S. Filippo Neri. Indi mirando l'Immagine di S. Tommaso, che tiene una mano in atto di maraviglia, disse:

*Thomae elata manus quid signat? Nempe stupefcit
Tam longa de ipso me siluisse die.*

Dipoi ripensando, ch' avesse col suo motteggiare forse data al Vespoli occasione di qualche rancore, disse:

*Hei mihi! quid dixi? Haec ponat quod Vespula telum?
Erravi. Telum non habet haec; mel habet.*

Pirro Bonifacio (così tra noi Benedetto Como, che all'onor delle lettere volle per qualche tempo unit quello di comandar nella milizia) sopraffatto da tanta prontezza di POMPEO, tra le altre ben limate sue poesie, gli fece questa apostrofe:

*Linguite Parnassi colles, sacra Numina Pindi;
Parnassus vere heic est, Aquaviva Deus.*

I N una delle solenni accademie fatte ad onor dell'immacolato concepimento della gran Vergine Madre fece POMPEO questo epigramma:

*Filia, Sponsa, Parens sine labe es facta; Parentis
Et Sposi, & Nati sic repetebat honos.
Filia tu Patris, Verbi tu Mater, & almi
Sponsa Paracleti: sordibus ergo carens.
Ut nostra haec semper vivat sine labe Columba;
Ora, posce, jube, Filia, Sponsa, Parens.*
En-

E Ntrarono POMPEO , e 'l Sindaco di quel tempo Trogisio Ritrosa nella gara di umiliarfi; affomigliando ciascuno sè stesso alla terra , e 'l competitore all'argento : perchè nel dare il Sindaco un segno di sua autorità , prese ambedue i campanelli , che teneva davanti , uno di creta , e l' altro di argento (costume antico del Portico di mescolare col ferro gli scherzi) , e fece ad entrambi rendere un misto suono . Vi riflettè POMPEO , e subito proruppe in questi versi :

*Miscuit argento terram , qui fecit utrumque :
Amborum miscet , Syndice , tu sonitum .*

*Quam bene ? Namque tuo servas in pectore terrae
Pondus ; & argenti , Candide , luce nites .*

Gli rispose il Sindaco :

*Misceo in argento terram : non jungere terram
Attamen argento , vis , Aquaviva ; tua est .*

Mentre coloro tenzonavano vi si mischiò Ottacilio Aventino ; cioè Giannantonio Sergio , valoroso Avvocato , e già celebre per le sue poesie , ed in ogni genere di letteratura ; e lodò POMPEO , sì per lo suo improvviso verseggiare , come per la melodia , che cagionava col tocco del gravicembalo :

*Unda , Aquaviva , sonos tua miscet divite rivo ;
Et dulci strepitu leniter unda fluit .*

*En salit , atque cadit , blandoque en murmure ludit :
Diffusa en varios implicat unda jocos .*

*Vos prisco , Comites , de more fragrantia ferta
Nectite , & irriguam cingite fontis aquam .*

*Tu fontem circum , felici lapsa volatu ,
Congemines plausus , nostra Columba , tuos .*

Ma , in vece di POMPEO impiegato a suonare , fu ei commendato da Cesare , che riflettè su la calorosa stagione , che correva :

O vere ,

*O vere, Oſtacili, muſis mens nata colendis,
Quae nullo teritur fracta calore gravi.*

C Esiao Pianese Lettore dell' Ordine de' Predicatori dentro ad un' ameno componimento fece nota la sua intenzione di esser Porticese, e 'l valor di sua dottrina, ed erudizione; e conseguì l'ammissione, e 'l nome di Ortenzio Procolo con piacere di tutti; a' quali lo accrebbe l'alzarsi da terra a ben'alto volo, senza esteriore impulso nell'atto stesso, che a colui si mettea la divisa, una familiar colomba. Su 'l fatto scherzò prima Pirro Bonifacio così;

*Quam subito plumis applaudit nostra Columbat
Porticus haec merito gaudeat hoc socio.*

Ma POMPEO riflettè di vantaggio in quest'altro distico;

*Tam bene festivo lusisti, Procle, camoena;
Ipsa tibi ut pennis Et pede plaudat Avis*

Ortenzio si sentì nella obbligazione di rendere ad amendue nell'istessa guisa l'onore: ed a Pirro rispose;

*Porticus en merito de te nunc gaudeat omnis,
Tam bene qui sensus, Pyrrae, recludis Avis.*

A POMPEO poi;

*Festivos plausus, quos nostra Columbula ducit,
En tua, Pompei, carmina prompta movent.*

A Mancar venne di vita Ottavio: e tra tanti, che di buon cuore operarono la memoria dell'Uomo, per ogni genere di virtù e di sapere, perfetto e caro, POMPEO, che si ritrovava Sindaco, in un'epigramma finse, come dicesse Ottavio nel punto di morire questi versi:

*Auctori mentem, telluri corpus, amorem
Cunctis, virtutes, Porticus alma, tibi.
Haec Majellas Ec.*

Quan-

Quantunque per me si sieno intralasciate quelle arguzie poetiche, che da POMPEO negli avvenimenti lepidi, che gli si offerivano nel Portico, velocemente uscivano (e meritamente) non tornerà impertanto in una gran noja udirne una, che serva come di un saggio. Era stato eletto in Sindaco Saverio Monderisi, nella giurisprudenza, nell'erudizione, e nelle umane lettere a tutte prove ben fondato: cui era stato per lepezza attribuito il nome di Troilo Scannacardillo; perchè avea pochi giorni prima tolta per disgrazia ad un calderello la vita. L'ingegno di POMPEO, fatto apposta per unire in un'istante tutte le immagini delle cose che incontrasse; in vedendo andare e ritornare in mezzo del congresso una Colomba domestica, di repente tutto spiegò in questi endecasillabi.

*Assuetam ingulare cardueles
Solo nomine, Troilum videmus
Altam Principis occupare sedem.
Passu ergo venias, Columba, tuto,
Et torti male abite cardueles.
Vix dixi ego, abite cardueles,
Et passu venias, Columba, tuto;
En passu venit hac Columba tuto,
Et me lumine respicit sereno;
Ceum dicta illico comprobans loquentis;
Hinc longe ergo volate cardueles,
Et passu venias, Columba, tuto.*

Avea recitata Lelio l'orazione funebre per Venceslao Castrovetero, ch'è l'istesso, che Francesco Oliva, celebre poeta nell'idioma Napoletano, cominciata con questa sentenza: *Non ogni morte è estermínio, nè è perdita ogni separazione.* Finita ch'ella fu, POMPEO in qualche parte di quel pensiero si servì, per lodare l'uno, e l'altro:

Quisvis

*Quivis morte ereptus jam decefferat : at nuno
Aeternum dictis vivet Oliva tuis .*

E perchè avea detto colui, che 'l defunto affai bene avea posseduto quattro lingue , lo spiegò anch'egli col pianto de' quattro fiumi di quelle nazioni .

*Arnus , Sebetus , Tyberis , Xantusque poetam
Haec plorant , unda triste sonante , suum .*

Costume è del Portico dare al Sindaco , secondochè si vede l'indole del suo governo , il carattere in un motto , e 'l geroglifico in qualche simbolo . Toccò a Vitellio Guibeligni , quando fu Sindaco , aver' i suoi . Egli è Gian Gioseffo Carulli , il quale fin da allora , che avea appena le guance di lanugine ornate , mostrava la grande riuuscita , che poi ha fatto nella più culta Giurisprudenza , ed in tutte le buone , e più limate lettere . *Lenis secretio* era il motto : e l'impresa un piccol vaglio ripieno di farina . L'uno , e l'altra dinotava il suo genio critico , ma temperato da placidezza ; e ch'egli era per dar principio alla scelta de' componimenti Porticcesi , che hanno ad uscire , quando che sia , alla luce . A ciò alluse POMPEO , lodandolo co' seguenti versi :

*Vidimus heic flores , virides heic vidimus herbas ;
At nova nunc Cereris dona Columba videt :
Cur ? Dum nempe tenet primam sedem Alitis almae
Carullus , solido pascitur illa cibo .*

Dall'altro canto Lelio , ch'era l'autore di que' simboli , recitò un distico , ov'essi si spiegano .

*Cuncta ubi sunt pura , haec LENIS SECRETIO inanis
Non est : nam juvat , ut pura dia maneat .*

Allora , presa il Sindaco Vitellio la penna , fe' questa risposta all'uno , ed all'altro .

*Quae mens cumque , boni , fuit in me vestra , sodales ;
Pro nostra id factum censeo amicitia .*

*Novi hercle, & me nosse juvat: tam dulce nec unquam
Officium grato diffluet ex animo.*

*Tam sub laude latens monitum imo pectore condo:
Prae gerris tandem seria ut ipse sequar.*

*Et faciam: vos o date opem, vos plaudite coeptis;
More tuo, Laeli, more, Aquivive, tuo.*

Di fatto nella susseguente adunanza promulgò il decreto della scelta de' componimenti, da farsi per tanti Censori, quanti erano i volumi, ne' quali si conteneano, ne' seguenti senarij.

Quod vertat omnibus bene ac feliciter:

Visum, quot exstant doctiorum carmina

Nostris in adversariis, illa edere.

Ac quum poetae haud cuncta ad unguem fecerint;

Ideo tot eliguntor emundatae viri

Naris; volumina haecenus quot nostra sunt;

Quibus suum detur volumen singulis.

Hi cuncta pendant, atque censores fient;

Et quod videbitur, notent ac selignant.

Sincero id animo agant, fideli, benevolo;

Ut quaeis decus nostri omnium committitur,

Nostri omnium decori, ita uti aequum est, consulant.

A Confidio Fuso, ch'è Francesco di Fraja, ora Canonico di Pozzuoli, di cui è Patrizio, il quale avea nel Portico fatta un'orazione panegirica per S. Filippo Neri, indirizzò POMPEO questo encomio:

Dum laudas Dii celantem incendia amoris,

Non celanda uris pectora nostra face.

Spiritus eripuit caelestis corda Philippo:

Corda & nostra tuo tu rapis eloquio.

Ma Ottone Abbenavoli, cioè Saverio Simonetti degno nipote del celebratissimo nostro Ottavio ammirò l'ingegno pronto di POMPEO in questo distico;

Multa

*Multa quod extemplo Pompejus carmina promat ,
Nil mirum ; nam aliter non Aquaviva foret .*
Gli rispose POMPEO , che gli stava a fianco :
*Nil mirum extemplo quod promam carmina ; namque
Ad latus aonii fluminis unda fluit .*

Marco Mondo intanto , uomo di profonda lettera-
tura , ammesso nel Portico col nome di Serapione Cal-
dora , mirava con molta attenzione la Colomba Porti-
cese , impressa nella carta sociale , che gli fu data :
e tosto POMPEO ,

*Intentum contemplandae te , Marce , Columbae
Invenio : Haec oculos pascere digna tuos .
Mundum Munda decet , similemque Columba Columbã ;
Ista Columba oculis , tuque Columba animis .*

